



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

VI. Mortua vxore, quae Monachasuerat, aliam ducit, & moritur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

more captus irretitus, integros sex menses ibi sub-
stitit, Buceri permisso, interim quod ab amoribus
vacuum dabatur temporis, lectionibus ac concio-
nibus publicè habendis transigens, donec Henri-
co rege defuncto, in Angliam vocatus fuit, ad ex-
sequendum id sub puero rege de quo ne cogi-
tationem quidem Henricus suscipere ausus fuis-
set, nimirum ad mutandam religionem. Commo-
da hæc vocatio non Martyri tantum, verum etiam
Bucero & Paulo Fagio accidit, victricia Caroli
Imperatoris, qui præcipuos Protestantium duces
captiuos habebat, arma atque vltionem metuen-
tibus. Hinc Beza dicit, *isidem fluctibus quibus penè
submersa sit in Germania ecclesia, eos in Angliam vs-
que expulsos.* Sanderus ait Ochinum Martyri in hoc
stinere fuisse comitem, vt & is qui Augustanæ Con-
fessionis scripsit Historiam, dicens: *Bernardinum
Ochinum Italum, qui Geneva aliquamdiu commoratus
fuerat, & Augusta conciones aliquot habuerat, de mona-
cho Zuinglianum factum, postea ad Anabaptistam tran-
sisse, tandem vero Arrianum & capitalem Christiana
religionis hostem euasisse, multarum ab eorum Sacramen-
tariorum exemplo, qui etiam Mahumetanus supersti-
tiones amplexi sint.* Et sane fieri potest, vt inde Ochi-
nus in Poloniam abierit, vbi Antitrinitiorum se-
ctam vigere sciebat.

Martyr in Anglia quum esset, in quaestione de
S. Sacramento summam inconstantiam animique
perplexitatem ostendebat, sicque se inuoluebat,
vt Lutheranus & Zuinglianus ac Calvinista simul
videretur. Qui vel sermones eius vel lectiones au-
diuerunt, aiunt eum hac de re materia quidquam
dicere ingressum, quum perorasset, auditores
que incertos ac inuito fuerant, quid credendum
sit, reliquisse. Expectabat nimirum cuiusnam tan-
dem infelix ille Cantuariensis Archiepiscopus &
Edwardus Semerus Anglici regni Protector, Lu-
therine, Zuinglij, an Calvini sententiam, iam diu
in Anglia iactatam amplexuri essent. Sic enim de
eo Sanderus:

*Petrus Martyr magis molliter & seruiliter in secula
& doctrina sua accommodatione se gessit. Nam Lutheri
hæresin quam in Germania imbiberat, & illinc secum
in Angliam aduexerat, non aliter nec diuinius defenden-
dam vel retinendam statuit, quam id Cantuariensis &
Protectori visum esset: nosque ipsi qui hæc scribimus
eum docentem audiuimus, quum impium quendam de
Eucharistia ac corporis Christi præsentia Tractatum ex
Historia Cæna Dominica, & maxime ex i. capite ad Co-
inbios adornaturus, in eam tractationem ita est ingres-*

*sus, vt anxius ac pendulus prorsus haberet, utrum
Protestantium an nouorum Sacramentariorum sibi ef-
set dogma defendendum.*

VI. Duxerat vero Martyr secum monialem su-
am, non tantum vt iucundam viæ comitem, ve-
rum etiam vigiliarum ac laborum oblectatricem,
Neque enim Ochini exemplum sequi voluit, qui
lotricis suæ pertæsus, ab ea sese liberauit. Nam et-
si Beza dicat, eam collam sibi casti fregisse, & ad
hanc grauissimo scilicet, vtatur teste, Alejato ne-
pe illo Antitrinitario, qui tot animarum in Polo-
nia stragem dedit: suspicantur tamen non pauci
exitium hoc ab ipso Ochino vxori fuisse stru-
ctum, sed ab accuratiori inquisitione cessatum, quod ille
nondum Arrianum se professus, bonum in Chri-
sto fratrem se adhuc simula:et. Obijt vero in An-
glia Martyris socia in S. Fridisindis, cuius celebris
& sancta in eo regno est memoria, sepulcrum illa-
ta, sed Maria regnante rursus inde tamquam in-
digna tam sacro loco, extracta; tandem vero Eli-
sabetha rerum potente, Anno MDLXI. multo
cum honore in eadem locum reposita, vt vide-
re est ex historia quæ de excucullata hac moniali
scripta extat, in qua illa non aliter tamquam san-
cta aliqua virgo laudatur, eiusque pudicitia pos-
teris ad imitandum velut in speculo proponitur,
Sic olim in templo Apollinis Delphici Phrynæ
meretrici ex auro statua inter deas collocata fuit.
Et quemadmodum Crates Philosophus illam
Græcorum luxuriæ trophæum nominauit: sic nos
iure dicere possumus, omnibus illis scriptis &
monumentis æternam Petri Martyris incontinenti-
æ & sacrilegij memoriam esse impressam. Ex-
stant litteræ desolati huius & calamitosi mariti
XXII. Aprilis Anno MDLII. ad Conradum Hu-
bertum Argentoratensis ecclesiæ ministrum scrip-
tæ, quibus æternum suum luctum ob amissam
vxorem testatur, dicens inter alia, se ea ætate tam
inopinatam iacturam perferre non posse; ac quan-
to magis ætate prouehatur, tanto maiorem, atque
adeo intolerabilem dolorem sentire. Miser tam-
mea homo paullo post sibi ipse remedium quaesi-
uit & inuenit. Vt enim pruna prunam accendit: sic
in Martyris animo amor amorem inflammauit,
eiusdem quasi ligni, & eiusdem nominis Tantum
montales & Cathartinas Martyr supra ceteras ama-
bat! Post obitum vero Eduardi Martyr ita in de-
traiciendo mari cogitauit, metuens ne Maria re-
rum potita, hæreticorum Martyrum catalogum
face-

faceret auctiorem, & tantam animarum, quam dederat stragem suo supplicio lueret. Quocirca navi conscensa, Antverpiam traiecit: inde Argentinam profectus, non leves turbas statim inter Prædicantes collegas conficit, quod de Sacramento altaris aliter doceret, quam antequam in Angliam abijisset. Perebant Prædicantes Theologi à Senatu ut cum nova sua doctrina facerent iuberetur; Philosophi, ut retinerentur. Præterea urgebatur, ut Concordiæ VVitebergæ paulo ante factæ subscriberet. Quod quum facere recusasset, tandem relicta Argentina, Tigurum migrare fuit coactus, accepro de Conradi Pellicani obitu nuncio, quem Beza dicit, è fœtida Basileensium Franciscanorum cloaca fuisse extractum. (a) Quanquam autem ætate iam gravis esset, quum tamen nec tum quidem carnem domate posset, Genavam profectus, ut monialem quandam Catharinam Merandam nomine, ob eandem causam è Conventu profugam, matrimonio sibi copularer. Neque enim alijs quam Monasteriorum exuvijs ornare se voluit Martyr noster Tiguri vero in statione sua mansit, quoad in Franciam, ad Colloquium Possiacense euocatus fuit: in quo summo stupore defixum astant, quum Bezam audiret de SS. altaris Sacramento, inaudito, Brentiano scilicet seu Ubiquitariano modo perorantem. Hinc arrepta occasione, Tigurum reversus, Dialogum illum de duabus Naturis in Christo composuit: qui mox valde acerbo responso à Brentio fuit exceptus. Dum vero Martyr Brentij à quo parum humaniter tractatus fuerat, audacia provocatus, defensionem meditatur, ecce tot cum novella, credo, uxore congressibus exhaustus, in morbum incidit, eoque vitam finit Tiguri Anno M. D. L. X. I. Novembris XII. Bullingerum relinquens superstitem, qui ex illo tempore usque ad Annum M. D. L. X. V. perniciosam suam doctrinam ijs in locis disseminavit. Habes, Lector, qui & quales Martyr & Ochinus fuerint, quibus historici & hæreseos præanymphi tantum passim tribuant. Quia vero mihi de Helvetijs eorumque novis Apollolis aliquid dicenti Lutheri historia interrompanda fuit, iam ad eum revertar, eadem ex Religiosarum numero, & quidem eiusdem quo duæ Martyris illæ Catharinæ, nominis sponsam daturus.

8(0)8

QUOMODO LUTHERUS IN
Magna rerum omnium perturbatione à se excitata, uxorem duxerit: & quam fœde de omni carnali excucullatus ille Monachus senserit.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

- I. In medijs Germania turbis & miserijs Lutherus nuptias celebrat.
- II. Epistola regis Angliæ ad Lutherum.
- III. Lutherus Monachos & monachas ut ipsius imitentur exemplum, ur vitat.
- IV. Lutheri proles.
- V. Lutherus seiuujs osor.
- VI. Ridicula Lutheri comparatio

I. **D**UM sic fatali quadam rabie an. 1525. ex unâ parte Germani, ex altera Helvetij mutuis, & quidem gratuitis cædibus in se grassantur, dum ferro atque igne pagiatque oppida evastantur, dū campi caesorum cadaveribus turgidi, teterrimum odorem exhalant, dum denique omnia in luctu & squalore iacent; solus Lutherus animo suo indulgebat, velut alter Nero è thalamo, quem tum sibi maxime apparabat, patriæ incendium ac ruinam prospectans, citharamque pullans (a) Postquam enim Catharinam de Born, quam unâ cum octo alijs nobili familia natis puellis è Monasterio Nimicedi rapit curaverat, diu multum sollicitasset, ac tandem effecisset, ut quemadmodum ipse cucullum amantem ad sepe suspenderat, sic ipsa sacrum velum ventis ad ultima terrarum aspottandum dederit; non contentus tanto scelere, etiam venerabili hoc exemplo doctrinam suam obsignare voluit, ut Monachus cum Moniali publice copulari cerneretur. Celebrantur nuptiæ, accinnuntur epithalamia, ignem, quo ita utebatur ut ad insaniam pæne se redactū ipse in Colloquijs suis Mensalibus (b) fateatur, mox extincturus. Quia vero Lutherum discipuli Davidi comparaverunt, non in scite quispiam hanc similitudinem sequenti disticho expressit.

Quam Luther est similis Davidi: hic carmina lusit
In cithara, Nonna lusit at ille sua.

Gg

Toti

a Vid. Eras. in Epist. b Fol. 522.